



Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

93. De his qui in patibulo suspenduntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

246 REGINONIS LIB. II.

Vide lib. 6.
Capitular. c.
o. & lib. 7.
344.

ferunt mortem, nulla pro illis in oblatione
commemoratio fiat, neque cum psalmis ad se-
pulturam eorum cadavera deducantur. Multi
enim sibi hoc per ignorantiam usurparunt. Si-
militer & de his placuit fieri qui pro sceleribus
puniuntur.

De his qui in patibulo suspenduntur. Ex
Concilio Mogontiacensi.

Concil. Mo-
gunt. sub
Rhab. c. 27.
Burchard. lib.
11. c. 76.

X C III. Quæsitum est ab aliquibus fra-
tribus de his qui in patibulis suspenduntur pro
suis sceleribus post confessionem Deo pera-
ctam, utrum cadavera illorum ad Ecclesiæ de-
ferenda sint, & oblationes pro eis offerenda,
& Missæ celebrandæ, an non. Quibus respon-
demus: Si omnibus de peccatis suis puram
confessionem agentibus & dignè pœnitenti-
bus communio in fine secundūm canonum
jussum danda est, cur non eis qui pro peccatis
suis extremam pœnam persolvunt? Scriptum
est enim: *Non judicat Dominus bis in id-*
ipsum.

De furibus & latronibus deprehensis.
Ex Concilio Triburiensi.

Concil. Tri-
bur. c. 31.
Burchard. lib.
11. c. 59. & a-
pud Grat. 13.
q. 2. c. 31.

X C IV. Fures & latrones si in furando &
prædando occiduntur, visum est pro eis non
orandum: si comprehensi aut vulnerati, Pres-
bytero vel Diacono confessi fuerint, commu-
nionem eis non negamus.

